

Philipp Hartmann Matthias Vatkus

Disputatio ... exhibens M. Samuelis Bohl ... Pro Formali Eruendo Primum, In explicatione Scripturae Sacrae Scrutinium

13 :

Rostochi[i]: Literis Richelianis, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770606784>

Band (Druck) Freier  Zugang



- Vert. ...
- ① G. Kriestepfer
 - ② J. Wregius
 - ③ J. Perücke
 - ④ P. Sagstarius
 - ⑤ J. Kempelius
 - ⑥ M. Wimmerius
 - ⑦ A. Könnich
 - ⑧ A. Kasdorp
 - ⑨ B. Kasdoff
 - ⑩ K. Bacmeisterius
 - ⑪ M. Jordanus
 - ⑫ J. Sonnenfeldt
 - ⑬ Th. Hartmannus

Sam. Bohl.

R. U. theol. 1637. 38.

35.

In Nomine Jesu
DISPUTATIO XIII.

exhibens

M. SAMUELIS BOHL

S.S. Th. Prof. P. in Inclyta Academia
Rostochienfi

PRO FORMALI

ERUENDO PRIMUM,

In explicatione

SCRIPTURÆ SACRÆ

SCRUTINIUM

Quam

Spiritu veritatis adjuvante

In Academia Rostochienfi

Placido Examini subjiciunt

M. PHILLIPPUS HARTMANNUS

LUB. LUSAT. PRÆSES,


&


MATTHIAS VATKIUS

NcoBrand. Meg. RESPONDENS.

In Auditorio Unicornis ad 22. August.

hor. antemerid.


Rostochl, Literis Richelianis, Anno 1638.



22

In Nomine Jesu

DISPUTATIO XIII

causa in

M. SAMUELIS BOHL

22. Th. Præf. in Facult. Academiæ
Rostochianæ

PRO FORMA

ERUENDO PRIMUM

In explicatione

SCRIPTURÆ SACRÆ

SCRIPSI

Cum

Spiritu veritatis abluente

In Academiæ Rostochianæ

Præf. Examinis publici

M. PHILIPPUS HARTMANNUS

Th. Præf. Præf.

&

MATTHIAS VÄLKING

Th. Præf. Præf.

In Academiæ Rostochianæ ad 22. Augusti

Ann. 1738

— 22. Augusti 1738 —

Philippus Hartmannus, Præf. 1738

In Nomine JESU.

Th. I.

Dari Hebraicarum vocum formalem significatio-
nem, h. e. talem rationem significandi, quæ primo à Spiritu
Sancto intenta est, & in qua ratione significandi reliqua om-
nia derivata s. materialia conveniunt in 12. Disput. pro Formali à
Rev. & CL. Dn. M. Samuele Bohlio SS. Theol. P. P. Præceptore meo
æternam honorando satis evictum est. Suppeditat hujus assertionis
fundamentum ipsa recta ratio, omnia enim derivata pura debent con-
venire in una aliqua communi ratione significandi, non secus ac co-
gnati in uno aliquo stipite communi conveniunt, & exinde succum &
sanguinem trahunt, ita tamen ut à se invicem distinguantur, eodem-
modo res sese habet in hac Majestatica lingua, quod enim Græcis &
Latinis sunt derivata, hoc nobis in hac sancta Lingua sunt materiales
significationes, deserviuntur enim Hebræi ejusmodi compositis v. g.
נָדָד significat form. ire mat. abire, adire, concumbere, נָדָד dedit red-
didit, in Græca autem Linguâ non necesse est, ut dicam simplex venire
pro composito v. g. Joh. I. v. I. mundus per ipsum, factus est, i. e. re-
fectus est, Græci enim abundant compositis, compositæ autem in He-
braica lingua ex materia discernuntur à simplicibus; Primitiva autem
addere & hanc loquendi rationem non esse incongruam demonstrare
possem sed lubens omitto & supplex veneror æternum D e u m ut Spi-
ritu suo sancto nobis adesse & captis nostris benigne favere velit. Quod
igitur D e u s sibi gloriosum esse velit apponam in hac disputatione
nonnullas radices cum forma facili negotio congruentes, hoc autem à
benigno L. obnixè contendo ut hæc prolata non mihi accepta ferat.
sed primò D e o, proximè post eum Præceptori meo prænominato,
mihi enim animus est hæc oblata occasione Concordantias diligentius
circumvolvere ut de hac sancta lingua eò certior fiam.

Th. 2. Sit ergo prima radix עֵבֶר cujus formalem significatio-

B b 2

nem

mem dicimus consistere in colendo, quæ ubivis obviam est, materiales
ejus significationes sunt *servire. ministrare. operari*, & alia quæ optimè
cum forma data conveniunt, ut eò dilucidius materiales significatio-
nes proponamus lubet. assumere particulas cum quibus hæc radix
construatur. ut;

1. Cum **נָא** absolute ut Pl. 2. **עָבְדוּ אֶת־יְיָ בְּרָאָה** *colite Domi-
num in reverentia*. in quo loco cultus Deo acceptus describitur quod
consistat in reverentia Dei, & ut filius habet **רוּחַ יְיָ רָאָה** ita & nos re-
vereamur DEUM in sequendo ipsum & non alium, sicuti hic cultus
describitur Proverb. 1. v. 8. 9. &c.

2. Cum **ב** significata duo obtinet, 1. pro aliqua re s. propter ali-
quid servire, ut Gen. 29. v. 18. **שָׁבַע שָׁנִים בְּרָחָה** *serviam*
tibi pro Rabel septem annos. Sic Ezech. 29. v. 20. **פָּעִלוּ אֶת־עֶבֶר בָּהּ** sic
pretium ibi promittitur Regi Babel Ægyptus pro obsidione Tyri, sic
Dominus loco mercedis dat militibus Germaniam opprimentibus bo-
na ejus, ille enim conscripsit, contra nos propter peccata nostra exer-
citus, obiter pervenio ad insignem locum Esa. 43. **לֹא הָאֲבֵרְתִיךָ**
כְּמִנְחָה הִזְגַּעְתִּיךָ כְּלִבְנָה וְגֹמַר אֶךְ הָאֲבֵרְתִי בְּחַטָּאתֶיךָ *Victimas*
tui Israel non honorasti me, non servire te feci in oblatione, verum tu me
servire fecisti in peccatis tuis, i. e. Vos gentes quæ victimas vestras mihi
non obtulistis, me servire fecistis in peccatis vestris. Duo hic notanda
gentes vocari hic nomine Israelis, nam non adipe victimarum irriga-
runt DEUM hinc in præced. vers. scriptum: Bestia agri glorificabit
me; h. e. Gentes, hunc populum mihi finxi ut laudem meam annun-
ciaret non quasi me vocasset Jacob &c. dein quod in & propter no-
stra peccata servus Deus sit factus, & quasi detrusus ex folio Majestatis,
pro servo non verò pro summo DEO habitus sit. 2. **עָבַר** cum **ב** si-
gnificat *serviliter & duriter aliquem tractare*. Sic Lex Mosis dicit Le-
vit. 25. v. 39. **וְכִי יִמָּכַר אֶחָיו עִמָּךְ וְנִמְכַר לְךָ לֹא תֵעָבֶר בֵּינֵי בָרֶדֶת**
עָבַר Si pauper factus fuerit frater tuus & venditus tibi non servili-
ter eum tractes.

3. Cum **ל** construitur & significat *commodum*, ut 2. Sam. 9. v. 10.
וְעָבַרְתָּ לוֹ אֶת־הָאָרְצָה אֲתָה וְבָנֶיךָ & tu coles eum terram, i. e. in ejus
commodum cum **עָם** & **לִפְנֵי** extraessentialiter construitur, cum autè
in hac radice omnia sint clara omitimus ea & conferimus nos ad alia.

Th. 2. ידע formaliter significat *intimè complexus est* & generalissime refertur tam ad animum quam ad corpus, tam ad bonum quam ad malum; materialiter significat *dilexit, scivit, favit, concubuit, perdidit, destruxit, &c.* Constructitur cum אר Essentialiter cum reliquis extra-essentialiter, cum autem antea mentio fiebat cultus divini, annotamus eum non posse esse sine vera DEI cognitione & hanc non posse esse sine vera pietate sunt enim essentialiter connexa, ut Esa. II. v. 9. לא ידעו

יבחרו אר כי מלאה הארץ דעה את יי
Plena erit terra cognitione DEI sicut aqua mare tegentes. h. e. sicuti mare aquis semper impletum est, & non potest esse mare nisi sit conservatio aquarum, sic nemo potest Christianus & DEUM verè colens & eum non cognoscens, est autem דעה vel דעת *salu cognitio & salu scientia qua rem intimè complectimur & de ea certissimus ne hinc inde vagemur,* hujus Fundamentum proponitur Proverb. 1.

יראת יהוה ראשית דעה

Timor Domini quo eum sequendo reveremur est initium & fundamentum vera scientia, DEO etiam tribuitur scientia qua ipsi presentissima sunt omnia & Futura. Sic Deut. 31. v. 21. insignem habemus locum de DEI praescientia qua cognitum ei erat quod vias Dei Israelitae in terra Canaan essent derelicturi.

Significat & diligere Gen. 18. v. 19. כי ידעתיו למען אשר יצוה את בניך
Diligo illum quia praecipiet filii sui post se ut custodiant vias Domini. Sic Amos 3. v. 2. רק אתכם ידעתי וגו' *Tantum vos dilexi pra omnibus familia terra,* h. e. magis vos dilexi quam omnes familias terrae, quare etiam visitaturus sum iniquitates vestras: ea significatio occurrere videtur Hof. 8. v. 2. לא ידעתי ליהוה יענקי ישראל אל *ad me clamant & DEUS mi, nos diligimus te quatenus Israelita sumus,* nam abundans nomen certam specificationem denotat.

Significat & haec radix expertum esse aliquam rem. Sic Esa. 53.

איש מכ אבות יודע תלי וכמסתיר פנים

Vir erat plagarum & expertus aegritudinū, usq; dum occultaverimus ab ipso faciem spretus erat. Expertus plagarum is dicitur, der sich wol auff Schläge versteht/ vnd dieselbe offi gefühlet/ also daß er fast ein habitum drinnen hat.

Ultimò cum reliqua omnia sint facilia annotamus **עָרַב** cum **תָּנָה** nota
ablativ. casus significare. specialiter sibi aliquid retinere, ut Gen. 39. v. 6.
Dominus meus specialiter sibi retinuit cibum ne à me tangeretur.

Th. 3. Tertia radix nobis sit **בְּטַח**, cujus formalis significatio
est *securus factus, materialiter speravit, confidit.* Formalis significatio fa-
cilitatem & fundamentum præbet constructioni, construitur

1. cum **בְּ** & significat *in aliquo securum esse, i. e. confidere in ali-*
que. Sic Ps. 32. v. 10. dicitur: **וְהָיָה כְּבְטַח** **וְכַדְרָתוֹ** **וְכַדְרָתוֹ** **וְכַדְרָתוֹ**

וְהָיָה כְּבְטַח **וְכַדְרָתוֹ** **וְכַדְרָתוֹ** **וְכַדְרָתוֹ**
Sperantem in Domino cinget misericordia. h. vult dicere turbu-
lenti qui nesciunt quorsum se vertant multæ sunt plagæ, at qui spe-
rat & securus est in Domino immobilis &c. ut Ps. 125. qui securus est
in Domino, est sicuti mons Zion non movetur, sed in æternum per-
manet, per hanc fiduciam possemus, & nos in patria nostra pacem
consequi, ut. Esa. 30. v. 15. testatur

בְּהַשְׁקֵט וּבְטַח תִּהְיֶה גְבוּרַתְכֶם

2. cum **עַל** signif. *propter rem aliquam s. de se securum esse.* ut Ezech.
33. v. 13. **וּבְטַח עַל צְדָקָתוֹ** **וּבְטַח עַל צְדָקָתוֹ** **וּבְטַח עַל צְדָקָתוֹ** **וּבְטַח עַל צְדָקָתוֹ**
Si Justus securus erit (s. confiderit) propter
justitiam suam & fecerit mala, universe ejus justitia non recordabitur, in
quo loco de verè Justo agitur, & de amissione gratiæ. E. qui stat vi-
deat ne cadat, hinc Paulus dicit Rom. 11. alioquin & tu excideris, ubi
& loquitur de fidelibus gentibus in veram olivam insitis.

3. cum **אֵל** significat *ad aliquem tanquam ad certum Objectum*
spem suam dirigere. Proverb. 3. v. 5. **בְּטַח אֵל וְיִי בְּכָל לִבְךָ** **בְּטַח אֵל וְיִי בְּכָל לִבְךָ**
Dirige ad
Dominum fiduciam tuam in toto corde. Reliqua derivata ex his satis no-
ta sunt.

Th. 4. Assumimus quarto vocem **עָמַד** cujus formalem ratio-
nem esse dicimus *in subsistendo, existendo* Hinc & Scindlerus Hebraista
excellens dicit. 1. Paral. 21. v. 15. & Angelus Domini stabat juxta ar-
cam Araunæ pro eo loco habetur 2. Sam. 24. **וַיִּזְוֶה** erat. Sic Step-
hanus Act. 7. vidit Christum stantem ad dexteram Dei, i. e. existentem,
materialiter significat *stare* &c.

cum **אֵת** cōstr. significat *coram aliquo stare.* ut Gen. 19. v. 27.

וַיִּזְוֶה עִמָּךְ שָׂם אֵת פְּנֵי יְיָ

Abraham matutine se consultis ad locum ubi steterat coram Domino, obi-

ret

ter dicimus nullam rationem dari posse quare locus Gen. 18. v. 11. sit correctus juxta Masoretas dicentes

צֶדֶק לְאֵמֶר וְיִי עֹדְנֵי עִמָּךְ לִפְנֵי אֲבֹרָה

cum sententia ibidem integra sit & concinna & optimè concordet cum præcedente allegato loco.

2. cum כִּי significat in, ut Pf. 106. v. 23. לֹדֵי מִשֶׁה בְּזוּרֵי עִמָּךְ כִּי פָרַץ
nisi Moses dilectus ejus steterit in ruptura, id est, nisi intercessisset E. stare in ruptura est impedire ne aliquid mali fiat, sicuti enim in obsidione urbis videmus, quando mænia tormentis dissipantur tunc in hanc rupturam alia inseruntur, ne hosti pateat aditus.

3. cum עַל significat juxta & supra aliquem stare, de mortui in-primi 2. Sam. 20. v. 11. & vir quidam stabat juxta eum ex pueris Joab. sic Pf. 109. v. 6.

וְשָׂמַן יַעֲמֶךָ עַל וְיָנִי
Adversarius stet juxta dexteram ejus, i.e. nihil prospere succedat.

Alias construitur absolute. ut Pf. 102. v. 27.

הִמָּה יֵאָבְדוּ וְאַתָּה תִּשְׁתָּבֵר

Cæli peribunt, tu autem permanebis tu persistes ipse, tu non mutaberis, fic-anti reliqua creata. quæ verba de Christo intelligenda sunt.

Sic Zach. 3. v. 7. Si ambulaveris in præceptis meis, &c.

וְנָתַתִּי לְךָ מַהֲלָכִים בֵּין הָעַמְרוּיִם הָאֵלֶּה

tunc dabo tibi gressus vel viam habebis inter Angelos hic stantes,

ex quo constat, Beatos non tantum hic esse, sed & fore in altera vita Angelorum consortes & socios: reliqua derivata omnia benè cum forma conveniunt ut עֲמֹד columnâ à subsistentia firma, quod faciat domum subsistere.

Th. 5. Labet assumere vocem פִּרְהָה cujus formalis significatio est simplex fuit, ut Proverb. 14. v. 15. explicatur

פִּרְהָה יֵאָמֵן לְכָל דָּבָר

hinc Ephraim dicitur Hof. 7. v. 11. וְיִנְה פִּרְהָה columba simplex sine corde, i.e. talis populus, qui cuivis credit Spiritui, hinc facile decipitur.

Hoc verbum cum sit intransitivum cum nullis particulis construitur essentialiter. Materialiter significat docere aliquem, & consequenter docere aliquid in aliquem, seducere. Quoniam vult aliquem docere, ille

Ne eum simplicem faciat necesse est, ac si hujus rei planè esset ignarus,
 deinde debet suam sententiam in ejus mentem inducere. Sic dicitur
 Proverb. 1. v. 9. בני אדם יפתוך חטאים אל תבא *Fili mi quando*
docere te volunt peccare facientes, ne sequarū n. facias: nam beatus ille
 qui non stat in via חטאים P̄sal. 1. qui non sequitur doctrinam falso-
 rum Doctorum, nec permanet in ea neq; proficitur eam in cathedra,
 significat etiam materialiter aliquem commovere, persuadere. Sic Jer.
 20. v. 7. ואתני יי ואתני פתתני יי ואתני פתתני יי tu me commovisti Domine, & com-
 motus sum. Deus n. neminem decipit obiter pervenio ad locum Ezech.
 14. v. 9. והנבוא כי יפתה ודבר דבר אני יי פתתה תיאת הנבוא
Et Propheta si persuadeatur & loquatur verbum. Ego Dominus hunc
Prophetam stultum vel simplicem feci, conservavi in ista persuasione, sicuti
 de obstetricibus dicitur Exod. 2. v. 18. sensus E. talis. Si Propheta
 extra verbum Dei aliquid proferat, eum stultum faciam, & demon-
 strabo eum deceptum esse. hinc Luth. Denselben wil ich wiederumb
 lassen betrogen werden. Derivatur exinde nomen פתא *subito,*
 quando simpliciter sine ulla consideratione istius aliquid inducitur.
 Sic dicitur Job. 9. v. 23. אם שוים ימיתרשע פתא אם *Si flagellare*
incipit occidit impium subito. Quo in loco exprimitur Jobi sententia,
 DEUM scilicet consumere impium & perfectum s. rectum, at sub hac con-
 ditione impium cito contundit, ut statim ad infernum detrudatur, at
 liquefactionem piorum aliis risui exponit. i. e. reſcos lenta morte,
 maſctat, & perpetua calamitate, ex qua impii causam habent irridendi
 pios.

Thef. 6. פֶּרֶשׁ form. *pandit ex p̄audit* materialiter divisit *distribuit,*
explicavit hinc פֶּרֶשׂה sectio magna in Bibliis *distinxit, concidit, pupu-*
git. tale autē pungere hic intelligitur quando aliquid expanditur hinc
 פֶּרֶשׂ Eques qui pungit equum, descendit & פֶּרֶשׂ *stercus* excrementum,
 quia aliquid est distinctum & divisum ab eo quod in succum sangui-
 nem & carnem hominis vertitur adducimus locum ex Malach. 2. v. 3.
 וזריתי פֶּרֶשׂ על פֶּנוֹתַם פֶּרֶשׂ חֲנוּכֹת וְנָשִׂי אֲתַחֲם אֵלָיו

Ego projiciam stercus super faciem vestram stercus sacrificiorum ve-
ſtorum, quod irā her vos ō sacerdotes ad se. gravissima indicitur poena qui
 nec legem Moſis intelligunt, nec juxta eam populum instruunt quod
 eodem

eodem modo ut sterens sacrificiorum ejicitur è templo & sacerdotes è templo sint ejiciendi & omnibus contemptui exponendi. Construitur

1. cum **אֶל** Ezech. 12. v. 13.

וּפְרַשְׁתִּי אֶת רִשְׁתִּי עָלָיו

Væ illi populo super quo DEUS rete suam expandit non enim potest non capi & non puniri.

2. Cum **אֶל** significat ad ut Exod. 9. v. 33.

וַיִּפְרֹשׂ כַּפְּיוֹ אֶל יְיָ

& expandit manus suas ad Dominum.

3. Cum **עַל** significat super aliqua re expandere, ut: **הֲלֵן מִפְּרֵשׁ**

עָלָיו אוֹרוֹ וְשֵׁר שׁוֹ הַיָּם כְּסֹרֶה

Ecce expandit super ipsas nubes lucem suam & radic. maris regie luce sua, hoc vult Elihu dicere, D E U S expandit saepe super ipsas nubes lucem suam etiam si nos non videamus, imò vis Solis penetrat radices maris: sic licet saepe nos non videamus nobis bene fieri quando calamitates immitit, tamen revera bene est nobis, & DEUS prope est. Extra hæc construitur absolute, ut in insigni loco Esaia 25. vers. 11.

וּפְרַשׂ יָדָיו בְּקִרְבּוֹ כַּאֲשֶׁר יִפְרֹשׂ הַשָּׁחַר לַשָּׁחַר וְהַשְּׂמֹרֶת

בְּאֹתוֹ עִם אֲרֻבּוֹתָיו

Et expandet manum suam in medio ejus quemadmodum expandit nator ad nasandum & humiliabit superbiam Moab cum axillu manuum suarum: caput hoc agit de N. T. nunc Moab dudum erat deletus, E. de alio hoste quam Moab hæc verba erunt intelligenda. Quemadmodum Moabitis hostes infensissimi erant Israelitarum, ita Diaboli Ecclesie, quandò E. Christus Nazarenus expandit manus suas in cruce, tunc tritituravit Moab, h. e., Sathanam sicuti stramen in sterquilinio, & infidiis manuum suarum humiliavit superbiam ejus.

Th. 7. מכר formal. significat tradidit material. vendidit, nam inter emere & vendere est traditio quadam. form. significatio saepe occurrit ut Esa. 50. v. 1. cum **ב** significat in alicujus potestatem dare. ut Judic. 2. v. 14. **בֵּיר אֵיבֹכֶם** & traditi estis in potestatem hostium vestrorum. Cum **מ** significat partem ex re tradere, ut Levit. 25. v. 25. **וּמָחַר מֵאֲחֻזְתּוֹ** Si tradideris aliquid ex hereditate sua alteri vendendo, adducimus locum ex Joele 3. v. 13. **וּמִכַּחֲתִי אֶת בְּנוֹכְחֵם** Ego vendam s. dabo filios vestros ó Tyræ, & filias vestras in manum Judaorum & illi vendunt

dant eos Judei. Sensus hujus loci quod Tyrii sint convertendi ad regnum Messia, qui vi suae religionis sint ituri ad maxime ditissimos populos & propalaturi Evangelium. Allego ad corroborationem hujus explicationis duo alia loca Es. 14. v. 2. & 45. v. 14.

Thef. 8. אָבֵר ejus formalis significatio est, non esse, esse cessare, item perire. Hac ponitur aliquando absolute, ut Deut. 26. v. 5.

אָבֵר אָבֵר אָבֵר

Syro existente miser erat pater meus. i. e. cum esset in Syria, pater meus miser erat & paucis hominibus descendebat in Aegyptum, ibi factus est in magnum & robustum populum. Schindler. exist. אָבֵר positum esse pro אָבֵר at destituitur exemplis & ratione. Sic Num. 24. v. 24.

וְצִים מִיַּד כְּתִים וְעָבְרוּ אֶתְּוֹר וְעָבְרוּ עִבְרָ וְגַם הוּא עָבְרָ אָבֵר

Naves ex Chittim venient & affligent Assur & Eber & hic usq. ad pereuntem manebit, videtur his verbis innui, Romanos esse afflictuos & vexaturos Assur & Eber, Eber autem esse permanurum usq. ad pereuntem Christum, qui perit pro peccatis nostris.

Construitur cum ל & significat per ditionem rei posse in damnum possidentis Esa. 26. v. 14. וְהִנְחַרְתָּ כָּל זִכְרָא לְמוֹרָא & tu perdes omnem memoriam (sc. honorabilem, nomen enim per se stans habet et significationem famosiorum) iphs. ihnen zum schlumsten.

Cum מ significat per ditionem a re & ex causa rei, ut Job. 11. v. 20.

מִנּוּס רִשְׁעִים אָבֵר מִנּוּס

Refugium impii peribit ab ipso. i. e. non erit ei. Cum עָרֵר significat perditionem rei in aliquo, ut Job. 30. v. 2. in iphs cessavit esse senium, i. e. non digni sunt senio.

Thef. 9. נָקִיָּה cujus formalis significatio est vacuum fuit, Occurrit autem hac forma Amos 4. v. 6.

וְגַם אֲנִי נָתַתִּי לָכֶם נְקִיּוֹת שָׁנִים בְּכָל עָרֵיכֶם וְחָסַר לָכֶם

Et ego dedi insuper vobis vacuos dentes in omnibus civitatibus vestris. Si vox נְקִיּוֹת esset explicanda per innocentiam, sanè me lateret, Quid esset innocentia dentium, verum si ad formam respicimus omnia sunt salva. Hinc D. Lutherus reddidit, Darumb habe ich euch in allen euren Städten müßige Zähne gegeben. hinc & ipse S. S. explicat per חָסַר לָכֶם

Con.

Construitur autem cum particula ו sicut & natura ipsa hoc nos docet, ut Gen. 24. v. 8. וְנִקְיָתָ שְׂבוּעָתִי וְנִקְיָתָ hic non reddendum tu innocens eris à juramento hoc, ego ignoro quid hoc sit, sed tu vacuus eris &c. Hinc Luth. Du wirst meines Eydcs quitte seyn. Sic Pf. 19. Etiam à superbiis, i. e. Diabolo, qui primum ebullire voluit, custodi servum tuum, ne dominentur super te. sextes (Diab.) sic vacuus sum factus sum à pravaricatione multa.

Materialiter significat i. vacuus fuit ab habitatoribus i. e. desolatus est. Sic forma & materia conspici potest in Es. 3. v. 26.

וְנִקְיָתָ וְנִקְיָתָ פִתְחוֹךְ וְנִקְיָתָ לְאַרְצֵךְ הַשָּׁבֵר

& porta ejus ejulabant & lugebant, & vacua Jerusalem habitatoribus. (inprimis viri quorum in precedentibus mentio fiebat,) in terra sedebit, i. e. quia filia Zion (ut hodie אֲשֶׁכְנֶנּוּ) foedissima superbia delectantur. Quare viros & juvenes ejus gladio interficiam, ut porta lugeant, i. e. non jubilent de victoria, & ita mulieres & totam terram vacuum viris relinquam.

2. Vacuum esse à crimine & sic innocentem esse, ut Psal. 26. v. 6.

אֲרֻחַ כְּנִקְיָן כַּפֵּי

lavaturus in innocentia manus meas & cincturus altare tuum & Jehovah. phraseologia hujus fundamentum desumptum est ex Lege, expiationis enim causa abluabant manus in hominum cadibus: res ipsa itidem habemus insuper in hoc Psalmo veram explicationem puritatis Davidis, ita inquisit in v. 3. וְהִתְלַכְתִּי בְאֱמֶתֶךָ Ego ambulavi in veritate promissioni tuae, i. e. Ego veram fidem habui in tuis promissionibus quare purus sum, cingo enim altare tuum & aspicio Christum meum בְּשֹׁחֶרֶת in typis (ut Pf. 51.) respicit etiam simul ad morem sacrificantium, ubi solebant protestari se nullius criminis reos esse, v. Deuter. 16. v. 14. feci juxta omnia praecepta quae tu mihi praecepisti. Et dicitur de his sacrificantibus, at hoc nemo sacrificantium praestare poterat. E. in Christo omnem legem impleverunt.

3. Vacuum à se à poena, impunitum à se relictum, ut Joel 4. v. 18.

וְנִקְיָתָ דָּמָם לְאַדְנִיקְיָתָ וְנִקְיָתָ דָּמָם לְאַדְנִיקְיָתָ
Quamvis sanguinem ipsorum vacuum à poena impunitum reliquerim
tamen non impunitum reliqui, sensus talis, quamvis propter poenam re-

licet sanguis ipsorum impunitus relictus videatur, tamen non reli-
qui impunitum sed acriter vindicabo. Hinc Luth. Ich wil ihu. Dür
nicht vngeröchen lassen.

Th. 10. רצון formalis sign. ejus consistit in *velle*, materialiter
desiderare &c. Hanc formalem rationem esse hujus radicis testatur &
Spiritus S. in N. T. Rom. 8. v. 15. *ὃ δὲ ἐλάβετε πνεῦμα δούλου, πάλιν εἰς φόβον ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζετε ἀββὰ
πατὴρ*, hic non debeo fingere allusiones, quia vox *αββὰ* retro eo-
dem modo legitur, hæc non est intentio S. S. sed Syriacam hanc vo-
cem רצון adhibuit, quia Græcum vocabulum *ὁ πατήρ* non totam ejus
exhaurit significationem & formale ejus non exprimit, talis E. sensus
ejus loci qui habent Spiritum filiationis in illis nullus est timor sed
certi sunt de salute (totum hoc caput agit de certitudine salutis fide-
lium) Quicquid ergo ipsis obtingit sive calamitas sive mors ex hoc
spiritu clamare possunt, tu es Abba, Du bist mein lieber wolwollen-
der Vater/ E. bene mihi, hoc est, du wirst wol wissen/ daß mir es dien-
lich ist. tu non potes non esse Abba, i. e. non bene velle tuis. Hæc si-
gnificatio in V. T. satis cognita est. adducimus locum Esa. 1. v. 19.

אם רצו ושמעתם טוב הארץ
Si volueritis bonum terræ comederitis, velle explicatur in seq. v. per
oppositum ejus, non renuere, resistere S. S. Audi coelum v. d. si po-
pulus meus mihi non resisteret bona omnia largiter ei impertias.

אם רצו ושמעתם טוב הארץ
Causa significat consentire, ejusdem esse voluntatis, Sic Psalm.
83. v. 12. וישראל לא רצה לי

Israel non voluit mihi, Israel hat kein Lust an mir/ vnd hat nicht
gewolt wie ich/ Quare reliqui in malitia cordis, in pertinaet malitia,
ex quo loco conspicitur DEUM non esse causam peccati neq; perse-
neque per accidens, ille enim nunquam vult peccata sed semper no-
stram salutem, sicut illud abunde declarari posset Matth. 23. Hinc
descendit רצה *patet a benevola voluntate erga liberos*. Sic DEUS sa-
pe hoc titulo insignitur, ut, Proverb. 1. v. 8.

שמע בני מוסר אבון
mi fili

avi filii, audi disciplinam patris tui, & noli relinquere legem matris tuae,
Ubi ex coherentia textus per disciplinam patris intelligitur Dei præ-
ceptum quo nos ligat & per legem matris verbum Ecclesiæ, quod à
Patre Deo accepit. & aliis in locis. Job. 17. v. 14. scriptum est,

לשחה קראתי אביוג

Foveam vocavi patrem meum, & vermes matrem meam, Sicuti pater ge-
nerat filium, ita fovea ex me generabit alium filium, i. e. divina pot-
entia mortuos resuscitanti me producendum dabit. Alia derivata
coincidunt, ut; אבהו voluntas Job. 9. v. 26. Transierunt dies mei
cum navibus אבהו desiderii, naves enim desiderii sunt quæ properant
ad portum, sic ego semper properavi ad portum vitæ meæ, quod ma-
gis in seq. decl. ceu aquila invehitur in prædam suam, ut aquila non
cessat quando videt prædam sic anxie concupivi dissolutionem.

Descendit & אבהו egenus, & hæc vox significat omnem qui de-
siderat aliquid, egenorum pater fuit Job: hinc dicit c. 30. v. 25.

אם לא בכיתי לקטה יום עגמה נפשי לאבהו

Certe ego flevi propter hominem durum die, i. e. afflictum, der einen
Harten stande hat & discruciatâ est anima mea, hunc ô si sequeremur
& nostra ætate. ex 2. ad Corinth. nota est Ecclesiæ אבהו quod Co-
rinthiaci certam summam pecuniæ collegerint, & Egenus in Ecclesia
succurrerint, hinc Christus sententiam publicam feret in extremo
judicio secundum alteram tabulam legis quamvis prioris opera ex-
cellentiora sint, ratio hæc est, quia prioris tabulæ opera non sunt adeo
perspicua, & ut testaretur illos per opera justos fuisse demonstratos fi-
delibus: verum hæc obiter.

Th. II. אבהו formal, significat duxit rem supra rem. Forma
hæc videtur occurrere Proverb. 1. v. 4.

לתת לפתאים ערמרה

ut der simplicibus ductum rei supra rem, i. e. Proverbia ducunt super-
simplices veram sapientiam i. e. introducunt in eos Ecclesiasticam &
Politica disciplinam: constructio etiam testatur de formali significa-
tione

nione; hinc constr. mediante particula על, ut; Psalm. 83. vers. 47.
על עמך יערימו טו

Super populum tuum ducunt consilium, hostes, vult David dicere, fraudulentè agunt cum tuis occultatis E. adjuva. Materialiter significat callidus, astutus fuit. astutus enim actionem super actionem ducit, & ea quæ proximus vult habere oblecta ea detegit. It. nudus fuit, quæritur quomodo hæc significatio cum forma conveniat. R. ut in latina lingua exire, redire & adire in ire conveniunt, sic nudum esse, idem est ac exductum esse (quamvis hæc vox vix latina sit) i. e. non habere quid ductum super se. unum & alterum exempl. mater. signif. produc. Exod. 21. v. 14. לחכו בערמוהו talis Lex Dei est, qui occidit hominem in astutia, i. e. qui intendit occidere proximum & in effectum producit ille iterum interficietur, imo מכם מוכי תקחוו E. Lex Dei generalis est, quod nullus ex vindicta privata interficiat proximum, qui hoc facit secundum intentionem propriam ille morte mulctetur: hanc legem nulla consuetudo evertere potest, sed pessima esse judicatur, Germania sentit poenam duellorum à Magistratibus permissorum. Experimur quod Esaias 26. vers. ult. dicit, revelabit terra sanguinem ipsorum & non occultabit occisos eorum: sic ex effectu videmus sanguinem, quem terra Germanorum absorberit.

Significatio nuditatis occurrit Job: 22. v. 6.

ובגרי ערומים תפשיט

Si ita oppignoratus es fratrem tuum & vestes nudorum extraxeris nonne impius sis, nudi autem hic dicuntur qui unicam tantum vestem habent qua detracta nudi conspiciuntur, incidit mihi locus Esa. 20. v. 2. הלך ערם ויחף ambulabat nudus & ducalceatus, nonnulli existimant extimam tantum vestem deposuisse, at si ad eundem modum Propheta fuerit compositus quo solent esse qui in captivitatem rapiuntur, nudus sane ambulavit, vid. Mich. 1. v. 8. nam nudi in captivitatem ducebantur, vid. Esa. 3. v. 17. Pudenda eorum denudabit Dominus quod implebatur in captivitate, licet vox Græca ἐνωδύτης a-liam significationem obtineat.

Vox coacervandi occurrit Hag. 2. v. 17.

Descendit hinc nomen ערמון castaneam significans, at quod modo cum formali congruat natura docet.

Th. 12.

Thef. 12. שכח formal. *repressio*. Sic Proverb. 29. v. 11. dicitur

וחכם באחד ישבחנו

Sapiens tandem reprimat eam iram. materialiter *compescere*.

Pf. 89. v. 10.

כשוא גליו אתה השבחם

Tu DEUS imperium habes super elationem fluctuum maris quos tu compescis. E. nudus homo non potest eos compescere. Significat & *laudare*, quia laus est repressio egregiorum factorum, quando reiterando heroica facta exprimentur, ut Pf. 147.

שבחי ירושלים את יהוה

Thef. 13. חרד & חדר significat *acutum esse*, verum distinguuntur objecto. חרד pro objecto habet *sermones*. חדר vero pro objecto habet *res*, v. gr. *ferrum, lignum* &c.

חרד E. significat acutè dixit, hinc חידור aenigma, acutum dictum, quod non facile ex loco, cui innixum est eruitur, item aciem rei firmiter impressam signif. Proverb. 1. v. 6. ad intelligendum acumen sapientum. Sic Psal. 49. v. 5.

אפתח בכנור חירתי

Aperiam s. exordiar in cithara acutum meum dictum quod in Christo nemo sit timendus.

Ultimò propono locum ex Ezechiel. 21. v. 14. qui mihi semper visus est obscurus,

למען טבח טבח החרדה חרב והוא סרמה לתת אתה

ביר הרג

Non nemo in Philologia sacra hunc locum ita explicat, ut mactationem exacutus est gladius, ut sit ei coruscatio extensus est. (haetenus verba DEI, inquit, divina parænesis Prophetae subjungitur) aut gaudeamus, h. e. exultemus in tremore Psal. 2. v. 11. Hoc si fiat bene est, sin verò minus virga filii mei spernens omne lignum aderit, ferrea enim erit. Verum hæc allæosis personarum sine fundamento & ellipsis minimè toleranda est: præterea non videmus, qualem

sem sensum inferant hæc verba, aut gaudeamus. Proponimus ergo nostri Præceptoris sententiam, quæ hæc est:

Gladius gladius est acutus, imò factus est expolitus &c. **אין שבט נשׂי שבט** num ergo gaudebimus, *seltzi wir uns denn freuen/ baculo existente filii mei, spernens est ille gladius omne lignum, well mein Sohn da ist/ so wil es ihn haben/ vund nicht die Däume im Wald.* Cujus sensus: quid gauderemus? gladius ille non scindit arbores sylvæ, sed unicùm baculum filii mei. Hinc in subsequentiis scriptum est, clama & ejula quia gladius est contra filium memm Israhel.


Th. 14. Ultima nobis radix sit **פסח** cujus form. signif. est *salis, transilit.* Constructur mediante particula **על** ut; Exod. 12. v. 27. **פסח על בני ישראל** *Transilit Angelus domos Israelitarum.* Hinc & Pascha sacrificium illud dictum, quia Angelus domos quarum postes & superliminaria sanguine agni illinebantur translibat, ad hunc modum liberandi respicit & alludit Esa. 31. v. 5. Dominus proteget Jerusalem. **פסח והמלט** transiliendo & liberando, i. e. sicuti transiliendo liberabatur Israel in Ægypto ita & nunc, Cum autem Paschatis mentio fiebat, lubet assumere locum Exod. 12. v. 11. cum in eo tropum quondam fingere. nonnulli voluerunt in quo describitur modus comestionis agni Paschalis.

ואכלתם אותו בחפז פסח הוא ליי
Comeditis illum festinanter (in signum celerrimæ eductionis ex Ægypto) illud (quod hac ratione edetis) est Pascha Domini, i. e. tale sacrificium Domini, quod ipse præcepit, & juxta ejus institutionem celebratur, hic nullus tropus.

Th. 15. Descendit etiam hinc **פסח** quod claudum denotat, subsultat enim claudus & quasi salire videtur, optima autem est convenientia inter salientem & claudum, salire enim s. **Kniebeugen** est nihil aliud quam claudicare & contra. Locus nobis sit Es. 33. vers. penult.

פסחים כוזו בו
Claudi etiam spoliant spoliium. Quando victoria est reportata de hostibus, tunc & claudi spolia sumere possunt, Sic postquam Christus de Sathana triumphavit etiam claudi i. e. gentes quæ recto pede non incedebant spoliant, spolia s. prædam de Sathana accipiunt, cumq; conculcant sub pedibus suis ratio additur in textu

כי נשא ען Tantum
DEO LAUS.



VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset
Copyright 4/1999 XxyMaster GmbH www.xyymaster.com

liqua omnia sint facilia annotamus וְיִרְאֵם כִּי לֹא הָיָה
fiare. specialiter sibi aliquid retinere, ut Gen. 39. v. 6:
pecialiter sibi retinuit cibum ne a me tangereur.
tia radix nobis sit מַטְטָה, cujus formalis significatio
aterialiter speravit, confidit. Formalis significatio fa-
amentum prabet constructioni, construitur
& significat in aliquo securum esse, i. e. considerare in ali-
io. dicitur:
in Domino tanget misericordiam
at quorum se ven
in Domini
ur est
um per-
acem.

fflumimus qua
in subsistendo, ex
Paral. 21. v. 15. angelus Domini stabat juxta ar-
deo loco habetur 2. Sam. 24. וַיֵּרָא הוּא עֲלֵי הַיְרֵדוֹת
Christum stantem ad dexteram Dei, i. e. existentem,
ificat stare &c.
onstr. significat coram aliquo stare. ut Gen. 19. v. 27.
אָמַר עַמְדָּה אֵת פְּנֵי יְיָ
ne se consultit ad locum ubi steterat coram Domino, obi-

